Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 20a



| | | | |
|---|---|---|---|
| De elemosyna largienda: | ho. | j | Quid stipem deposcentē. |
| De maledicis benedicendis: | ho. | j | Ingemiscēdi mihi cupido. |
| De refrenanda concupiscentia: | ho. | j | Excitatus e somno ipsū. |
| De misericordia in paupes: | ho. | j | Quo tandē digni ipsi. |
| De cauendo scandalo: | ho. | j | Aiaduertite quātū Paulus. |
| De amandis persecutoribus: | ho. | j | Iungamus nosipsos inuicē. |
| De consolationibus: | ho. | j | Queadmodū cibo uita. |
| De erogandis diuitijs: | ho. | j | Si opifices qui manuū. |
| De laudando deū fide formata: | ho. | j | Imitemur & ipi patriarchā. |
| De charitate dei: | ho. | j | Sectemur & nos supnas. |
| De præmijs sanctoꝶ & gehēna: | ho. | j | Haud æque idē beatis oī. |
| De occultandis bonis operib⁹: | ho. | j | Rerum tuaꝶ dispensatio. |
| De spe & præsumptione: | ho. | j | Nemo desperet si per. |
| De contemptu mundi: | ho. | j | Queadmodū inqt i dieb⁹. |
| De charitate: | ho. | j | Charitatē optimū amo. |
| Exhortationis bonæ uitæ: | ho. | j | Eo ipsi ꝓxime ad pditionē: |
| Ad Theodorū monachū: | li. | j | Si possē litteris lachrymas. |
| Ad Ciriacū episcopū de exilio: | li. | j | Age rursus exhauriam. |

Homelias etiam multas: sermones & eplas ferť scripsisse innumerabiles: quæ ad man⁹ nrās non uenerūt. Tandē post multos labores & sancta exercitia dolo Theophili alexandrini & Eudoxiæ augustæ in exilio Ponti moritur: sexto calend. Februarij: Anno dñi. CCCC. XI. Indictione. ix.

SEuerianus epūs Gauellensis: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in declamandis homelijs ad populū doctor admirabilis: incredibilis eloquētiæ fuit: unde & frequenter a beato Iohanne supradicto epo & Archadio imperatore ad faciendū sermonē Cōstantinopolim euocabatur. Huic sanctus Iohānes populū suū cōmēdabat dū urgereť in exiliū: nō tm̄ doctrinā sed & uitæ meritum ueneratus. Seuerian⁹ aūt plus q̄ decebat se populo cōmēdans: inť eū & Iohānem discordiæ fomitē ministrauit. Sed reuerso patriarcha de exilio ad fœdera fraternæ dilectionis reuersi sūt: sicut homelia testať in ecclia cōstantinopolitana desuper habita. De scriptis aūt Seueriani doctissimi uiri apud latinos pauca habenť: & ad manus nostras pauciora uenerunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| In eplam ad Galatas: | li. | j | |
| De baptismo & epiphania: | li. | j | |
| In ecclesia constantinopolitana: | ho. | j | In aduentu dñi & salua. |
| De morte innocentū: | ho. | j | Zelus quo tendat: quo ꝓ. |

Extant illius apud nos & aliæ quædā homeliæ: breues quidem sed ualde utiles. De cæteris opusculis eius & si multa feranť: nihil adhuc reperi. Claruit sub Archadio & Honorio eo tēpore quo & Iohānes chrysostom⁹: Anno dñi. CCCC.

VItellius Afer: donatianorū scisma defendēs: uir quidē in diuinis scripturis exercitat⁹: si in ecclesiastica unitate permansisset: satis utilem doctrinā cōposuerat Sed qa ueros catholicos uelut traditores & psecutores arguit: merito cū suis uoluminib⁹ cōtempt⁹ fuit. Extant de scriptis illi⁹ subiecta uolumia:

| | | |
|---|---|---|
| Aduersum gentes: | li. | j |
| Qꝫ odio sint mūdo serui dei. | li. | j |
| Aduersū nros querimoniaꝶ: | li. | j |

Multa præterea uolumina cōposuisse dicitur: quæ ad noticiā meam nō uenerūt. Claruit sub Constante filij Cōstantini magni imperatoris: Anno dñi. CCC. LX.

THeodorus Antiochenæ ecclesiæ presbyter: uir doctus & disertus: atqꝫ in lectione ueterū auctorum scripsit aduersū apollinaristas & eunomianos elegantissimum uolumen: in quo euidentissima ratione & auctoritate pra

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0055
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg